BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS
Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478 Seite 39r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sicut supra in regulis generalibus dictum est:
Cibus consuetus, qui cum appetitu sumi-
tur, etiam si malus sit, meliorem generat
sanguinem, quam laudabilior cibus, non
cum tanto appetitu comestus. Immo
tantae virtutis existit a pueritia co-
medendi consuetudo, quod venenum et
medicinam venenosam in bonum
nutrimentum convertitur. Unde apud
indos dum malos reges balebant nu-
triebantur puellae, quae pulchriores
videbantur fieri, ex nappello herba
venenosissima, a paruissima incipien-
do quantitate, quousque illae puellae
propter consuetudinem comederent loco cibi.
et omnes reges cum eis coeuntes interimebant.

Nappellus herba venenossia. et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et venen. c. 4. [illegible] 2. [illegible]

Caro inter omnes cibos optimi est
nutrimenti: corpus confortat,
corroborat et impinguat et eius cibus
est propinquus conversionis in sanguinem.
Et ideo qui multas comedunt carnes
et propter cum potu vini incurrunt
repletionem: quapropter indigent sepius
flebothomia aut medicina solutiva